

Ec. 13. 4to



ELEGIA:

IN NUPTIAS
 ORNATISSIMI VIRI,
 PIETATE, ET VIRTUTE
 præstantis. Dn. M. PETRI OTTHONIS,
 Sponsi &c. & virginis pudicissimæ ANNAE,
 Reuerendi & Clarissimi viri, Dn.
 M. LAZARI EISENBERGERI,
 piæ memoriæ, filia,
 Sponsæ &c.



VVITEBERGÆ

Excudebat Matthæus VVelack.

Anno CIO. IO. LXXX.





FEELAM

IN NVPTIAS

ORNATISSIMI VIRI

PIETATE, ET VIRTVTE

practico. Dr. M. PETRI OTTONIS

Sponsi & virginis pudicissimae ANNAE

Reverendi & Christiani viri, Dr.

M. LAZARI EISENERGERI

pro memoria. filii

Sponsi &c.



WITTENBERGAE

Excudebat Mattheus Vobck.

Anno MD. C. LXXX.



IN FELICES NVPTIAS
DOCTISS. DN. M. PETRI
OTTHONIS, & ANNAE EISEBERGIANAE.



*Vid duo continuis infestas pectora
flammis,*

*Edita fluctisoni littore diua
freti?*

*Quid torques validis radiantia spicula nervis,
Stringis & occultas saue cupido faces?*

*Tantane spes iaculi, quo tot reparare triumphos
Comigit, & regni condere sceptr a tui?*

*Tantane vel paruo latitat sub pectore virtus,
Qua datur arbitrio subdere quemq; tuo.*

*Tu per inaccessos montes celer auius erras,
Semper inoffensos matre tegente pedes.*

*Est aliquid quod se factis audacibus addit
Muciber, & pleno suggerit igne focum.*

*Hic omnem fato grata vice torret amantem,
Cuius in alterius vita ligata manet;*

*Hic domuit celebres Heroas, & inclyta diuū
Numina, gentili sollicitata prece.*

A 2

Et

Ei Nymphas, iunctis qua mutua brachia dextris
Permiscet, pariles continuantq; choros.
Vixit ab his flaminis non libera turba sororum,
Quarum Castaliis praesidet una sacris.
His etiam simili ratione pudica DIANA
Uritur, & sponsi languet amore sui.
Namq; diis geniti si sunt his ignibus acti,
Mirum si nobis vincula ponit amor?
Siste gradum Venus, & posita succede pharetra,
Tardior, inq; sinum tela reconde puer;
Non quibus egregium liceat percellere Sponsum,
Acrius aut Sponsae corda ferire noua.
Ulterius cupidis ne tende Cupido sagittis,
Nec tamen imperii iura rescinde tui.
Infer inexpertis tua tela, retunde ferocem,
Discat hic apta tuo tradere terga iugo:
Restat in amborum memorabile pectore telum,
Cui maius tacito tempore robur erit.
Plenius hi spirant tua Numina, latius actum
ANNVLA traiecto pectore vulnus alit.
Sentit idem sponsus; miratur arundine fixum
Pectus, & hoc varias progenerare vices.
Obseruet

Observat qui progressus, exordia qua sint,
Dum sua iucundum transit in ossa malum,
Incertus simul auxilium quibus afferat herbis,
Ni superet medicas ipse cupido manus.
Non leuat hanc morbi speciẽ grauis arte Machaon,
Nec qua Mysorum sauciat hasta ducem.
Sola potest agro formosa **DIANA** mederi,
Illa potest dubiis addere rebus opem.
Fallor an hic paribus certatur amoribus? uni
Primum notus amor pectora bina coquit.
Hoc faciunt placidi mores, mens consona, vita
Candor, & aeterno fœdere pacta fides.
Tam similes, reor, haud veniunt ad aratra iuuenti,
Non sic irriguis conuenit alnus aquis:
Quam duo perpetuo signandi laudis honore
Qui subeunt castrum **PETRUS** & **ANNA**
Ille suam gentem, tot honesta recenset auorum (torũ.
Nomina, iam claris equiparatur auis.
Sedulus Aonidum medicam sub montibus artem
Eruit, & clariis proluit ora cadis.
Scit qua sint plantis vires, qua sumpta dolores
Augeat, & diram qua vetet herba luem,

A 3

Et

Et vagus incluso cur ventilet orbe Cometa,
Longius aut radios protrahat ille suos.
Quòd minuetur & interitus, & bella potentum;
Excitet aut tumidos religione viros;
Hæc didicit fœlix. Fratremne, piosq; labores
Exequar, Albiacam qui iuvat arte scholam?
Hic vivus saluum caput inter sydera condit,
Cominus aëreas audet adire domos.
Ingenuo cœlum subigit, scrutatur & astra;
Annotat Urania dicta verenda dea.
Quòd cœlum nostro propius successerit orbi,
Ac det lapsantis nuncia signa poli:
Illud agit numeris, sacer hoc prædicit Apollo.
Quis putet illius fallere verba DEI?
Cœtera qui memoret quibus hic excellit, arenam
Aut numeret, vel quo flumina rore fluant.
Nec minus illa suis sese natalibus effert;
Que colat antiqua nomina stirpis habet.
Patris adhuc famam post funera, busta loquuntur,
Et virtus cui nil demere fata queunt:
Ille tuos rexit verbo Quersordia ciues,
Huic fuerat monitis congrua vita datis.

Nunc

Nunc viget ante *DEVM*, vacuis trahit oia curis,
Ponit & in Christi gaudia multa sinu.
Floret inter reliquas maturis frugibus arbor
Ferrea, felici consita crescit humo.
Hic ubi stat celebris fumantibus *Halla Salinis*,
Atq; suas licito scenore prodit opes.
Sape sub hac strepitu volitarunt arbore fuci,
Qui fera continuo murmure bella mouent.
Nil potuere; suis arbor radicibus haesit
Firmiter, elusis constitit ipsa minis?
Tanta molis erat collectos perdere fructus;
Diue *VLT* Ere tos, sancte *PHILIPPE* tuos.
At vobis gratam concedant fata quietem
Atq; nouus semper gaudia firmet amor:
Anxia nec videat tristis suspiria lectus,
Sitq; tuis annis *ANNA* perenne decus.

Constantinus Moppitzius
Namslauiensis Silesius.



Cl 4160


ULB Halle
003 485 978

3



me







10

ELEGIA:

IN NUPTIAS
ORNATISSIMI VIRI,
PIETATE, ET VIRTUTE
præstantis. Dn. M. PETRI OTTHONIS,
Sponsi &c. & virginis pudicissimæ ANNAE,
Reuerendi & Clarissimi viri, Dn.
M. LAZARI EISENBERGERI,
piæ memoriæ, filia,
Sponsæ &c.



VVITEBERGÆ

Excudebat Matthæus VVelack.

Anno CIO. IO. LXXX.